præfataq́ Consorte sua non statuta statuerit, Citatus existens memoratus Recognoscens Gnosus Stephanus Baraniecki sive eius Successores, Ad Instantiam præfatæ Gnosæ Catharinæ de Ostrow olim Gnosi Stanislai Morsztyn Tribuni Sandomiriensis Consortis derelictæ Viduæ, vel eius posteriorum, ad Officium præsens Castren Capitaneale Præmysliense Extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio, stare, Iuri parere, respondere, Vadium præstitum luere, Inscriptioni huic satis facere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seq́ ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsens, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ad munimenta ad Cuichrem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximos Officij, præfati Castren Capitan Præmyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq́ motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa oia pœnis simplicibus vel triplicatis, evasionis, suspensionis, fatalijs Iuris, præscriptione Terrestri, bello Conuentionieq́, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo Hac sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia mediante.

Morsztynowa Baranieckie mu Scriptum Roborat.

Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibusq́ Castren Capitan

Capitan[ea]li Premyslien[sis] Gnosa Catherina de Ostrow olim Gnosi Stanislai Morszkyn Pibieni Sandomiriensis Castri relicta vidua sana mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis proprijs et competen[tibus] recedens, prosentis vo[luntate] Castren[si] Capitaneali Premyslien[si] Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet Seeum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo, palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipsa se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq[ue] pecuniarijs quibusuis habitis et habendis, inscribit et obligat praesens, scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et personam Gnosor[um] Stephani Baranniecki et Marthae Gerlicowna Coniugum [...] successorum ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum, de actu et data illius hic Premysliae feria secunda ipso die festi Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno praesenti confectum, consignatum, et datum manu sui Recognoscentis propria subscriptum, in omnibus et singulis eiusdem scripti manuali conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio, ligamentis, ac nexibus in vniuersum omnibus, eisd[em] Gnosis Baranniecki Coniugibus, ipsorumq[ue] posteris firmiter tenere complere, exequi, ac inuiolabiliter obseruare, omnibusq[ue] et singulis, eiusd[em] scripti manualis contentis, tam in toto quam in quauis minima parte, toties quoties opus fuerit, satisfacere scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem roborationem et Inscriptionem praesentem roborationem ad praedictum scriptum Manuale Vicissim in toto referendo, Idq[ue] sub Vadio Duorum Millium florenorum Polon[icalium], per eandem Reco

gnoscentem

gnoscentem vel eius Successores Supramemoratis Gnosis Ba-
raniechim coniugibus vel eorum posteris ob non completionem
contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum tam
in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum
succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis scripti eiusdem
manualis non completa complenda citata existens memorata
Recognoscens Gnosa Catherina de Ostrow olim Gnosi Stanislai
Morszyn Tribuni Sandomirien. consortis derelicta Vidua sive
eius Successores ad instantiam praefatorum Gnosorum Stepha-
ni Baraniecki et Marthae Czerbozna coniugum, vel eorum
posterorum, ad officium praesens castrense Capitan. Praemyslien.
ex tunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat me-
diante, semper in primo citationis termino, tanquam per-
emptorio stare, iuri parere respondere, Vadium praefatum
luere, inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati
debebit et tenebitur seque ac suos successores, ad eadem omnia
inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum per-
emptorium, et alios omnes exinde consequentes causae eius-
dem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro-
maiori minorennitate successorum, legatione intra vel ex-
tra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evincendum
vel alijs quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non
differendo, Ad Quietationem ultra proximos officij praesentis
castren. Capitan. Praemyslien. Terminos, dilationem sibi non
recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum ex-
secutiones faciendo reliqua continentur ex praecedenti.